



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

VIII. Die Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

P. EDMUNDVS  
AROVSMITHÆVS.

Anglus Læ-  
caltice 7.  
Sept. 1628.  
xstat. 43.  
Soc. 5.

Fidet.

Mem.

**H**uius doctrina hæreticis silentium sèpè imposuit. Captus, in ipso carcere vnum conuertit. Scripto illi obiectum, quod Sacerdos, quod Iesuita, quod seductor esset; quippe qui dixerit: Extra Romanam Ecclesiam neminem saluum fore. Duo testes adfuere qui eum sibi Catholicæ fidei amplectendæ authorem fuisse ac suauorem testati sunt. Ideo capit is damnatus, raptari, suspendi, & in frusta secari iussus est. Ter in seculis flebentes genua: Dulcissimè Iesu, inquit, tibi uitam hanc meam in meorum satisfactionem peccatorum ultrè deuoneo. Tum ei quem in mortis tempora vslui sibi futurum

Disce atque  
morior.

## VIII. DIE SEPTEMBRIS.

## IACOBVS.

DIAZ. SCHOL.

8 Septemb.  
Hispanus  
Tigueri.  
474.

**R**ecti, puri, sinceri cordis hioadolescens, è studiis ipsius in æratris ac virtutis flore morte abrepitus est. morbus, quo tabescerat illum longa patientia coronauit: sed ea quæ erga Dei matrem ferebatur præpensio teneræ voluntatis magnum operæ pretium tulisse visa est, quando longe ante mortem affirmatè prædicta, se die Beatissimæ Virginis migraturum è vita. Obiectante vero medieco die Beatissimæ Virginis Assumptionis, qui fieret quod non moreretur, cum id ita prædictisset; verecundâ modestiâ, solum, inquit, hoc scio, & hoc tantum dixi quod moriendum mihi sit aliquo die festo Beatissimæ Virginis;

quo autem illorum, id verò me lateat. At ipso Beatissimæ Virginis natæ die, cum accinctus quidem per Sacramenta semper esset ad mortem, tamen eodem securi de illo essent Patres, vicino Patre accito, iussit Patrum, ac fratrum coronam conuocari: tempus iam esse quo commendatio animæ recitaretur. Affluxere accersiti Patres acalij: & peractis iis, quæ res postulabat, Iacobus mortiens, prædictionem impleuit die Dei matris festo æternitati transcriptus.

Moral.

## IOANNES

FARINA. SCHOL.

**H**unc è Philosophia cursu euocatum ad vitam Deus. Deiparae amanda, calenda, laudibus cclebrandæ

Italus in Sib.  
cilia. 8. Septem.  
1577. xstat.  
15. Soc. 43.

dæ iam olim addictus erat, nobilis  
puer. In Societate orandi studio arde-  
bat ut carbo ignitus, ipsâ etiam facie  
igne ardore succensus. Et hoc orandi  
Deum, atque incredibili silentij amo-  
re ad magnam virtutis eminentiam  
evasit, ipsi P. Paulo Achilli spectata  
omnino virtutis viro comparatus. H-

dolentem quod adhuc à facie Dei exultampōnam sustineret quam danni vocant.

P. MELCHIOR  
GRODECIVS.

**H**ic vna cum P. Stephano inter Apostolicos labores versatus Cefalouie, pari cum illo morte a Deo est postridie honoratus, S. cariorum, sive carnificum, unus, cum aspersam Patrum Stephani, & Melchioris sanguine suam vestem arte nullâ posset eluere, aliam induit: verum & in illa, non fecus ac in ea quam exuerat, cruentis sanguinis maculae conspectae sunt, quicquid illam perlueret.

P. IOANNES

MAGIRVS.

**A**d Societatem à Deo vocato Ioāni, & tandem à primis ardoribus torrenti frater germanus nuper vitâ Germanus  
Spitz, 8.  
Sept. 1609.  
xtat. 51.

functus leuitatem ac viuendi libertatem per quietem acerbè obiecit, & Crucifixum ostendens, hausto ex eius Cruciifixo.

P. IOANNES

BAPTISTA PERVSCVS

Italus Ro-  
mæ. S. Sept.  
1598.

**H**ic posito Plinij nomine maluit  
Iohannis Baptista nomen pro in-  
citarimento virtutis, & Sancti patroci-  
nio adscendere. Tarquinium Peru-  
scum, Patrem suum, virum nobilem,  
qui viduus Societati se transcriperat,  
imitatus, voluit ibidem viuere quod  
Pater exemplo praecesserat. Domui  
Professæ Venetæ præfuit primus Præ-  
positus, religiosæ disciplinæ ubique re-  
tinens insigni ad omnes exemplo, et  
iam cum præcesset. Valebat suaui pru-  
dentiâ, & sanctâ quâdam de rebus di-  
uinis colloquendi gratiâ. Mortui ami-  
cam videre sibi visus est P. Iulius Mâ-  
cinellus in purgatorijs pœnis id solum

### *Vocablio.*

Faygator.

P. HIERONYMVS  
QUEYROT.

Callus D<sup>a</sup>.  
masci. 8.  
Sept. 1651.  
21at. 61.  
Soc. 49.

Mortificat.

SSS. Trinit.

M<sup>is</sup>.

Eucharist.

**P**er 40. ferè annos Apostolica munia exercuit in missionibus orientis Damasci, Constantinopoli in Asia, Syria, Aegro mari. Ex ipsius Epistola compertum est, illum tribus ante mortem suam mensibus de sua morte iam imminentे aliquid ordinario certius præsensisse. Nullus illi dies immunis abiit quo per totum quinquagesimi psalmi interuallum in se ferro, vel flagellis ferro armatis nō defuerit. De SSS. Trinitate quothebdomadis sacrificabat, si per sacrificales rubricas id poterat, voluitque inter motiendum semper sibi p̄ oculis esse imaginem SSS. Trinitatis. Quotidianum duini officij pensum flexis genibus exequebatur coram SS. Sacramento. Plura de illo annua Franciae.

P. IOANNES  
VAZIN.

Germanus;  
Spirz. 8.  
Sept. 1609.  
21at. 51.  
Soc. 18.

Emcio.

**I**ngenio, doctrinā, studio cō eius sit in dicendo, vt cūm per iplos 33. annos ē suggestu diceret, *Etangelica tuba*, nomen obtinuerit; pectore, ac moribus consentientibus ad exemplum, Wratislauiam (vt de illo scripsi in annuis) de Societate primus intrauit, ac ibi Societati sedem fixit, sagaci & grato apud Imperatorem & Dynastas ingenio. Ibi per annos 16. pro Ecclesia cum hydra hæretica bellum gessit. Collegio illi bis p̄fuit, modestā prudentiā, prouidentiāque charitatem suam omnibus contestatus.

P. Henricum Pfelschmidt vitā iā functum videre sibi aliquando, & loquenter audire viſus, illum cælo iam receptum intellexisse, ac rogasse dici-

tur, num sua opera Deo placebent, & ab eo audisse : placent, placent. Rogatum autem P. Henricum, de purgatoriū cruciatibus quos sustinuisse, dixisse, modicum, & breue id fuisse; Deo charitatē quā proximos olim adiutum iuerat, remunerante. Placere verò Deo Apostolicos Sociorum labores. Vratislavia contra toruosum inferni colubrum, qui secum sua hæres gyrat atque defendit. Hęc P. Ioannes Vazin P. Andreas Schamboagen Provincia Bohemiae Præposito non sēmel familiari candore narravit plenus lætitia: & P. Andreas ea se sic ab illo accepisse persanctè scripto testatus est. Ego fidem illi do lubens, quippe qui P. Ioannem Vazin hic in X. Congregatione Generali probé hōuerim, simque expertus virum religioso candore amabilem.

## P. PETRVS

## CLAVERVS.

**H**vnc in annuis latè descripsi: ex iis paucula nunc excerpto. Alphonsi Rodriguez Coadiutoris virtutis tantæ famā incliti amicitiæ, documentis, precibnsque v̄sus est. Is p̄ Petro aliquando in preces effusus thronum in cælo vidisse fertur, & Angelum dicentem. *Thronus ille Clauero tuo discipulo est destinatus, ob eius virtutem, & ob animas ab eo in Indiis ad Deum conuentandas.* Breuiarium, & diurnum habetur frustatim lacerum, coque illud funiculo alligabit: idem de vestibus intellige. Semper, ac totus erat in cilio variis aculeis horrido, induſi loco. Ad hęc dirē se quotidie concidebat. Lectus illi terra; cibus cinere corruptus. In summis caloribus nunquam sudorem abstergebat, nunquam asperlebat muscas faciei ac manibus ad sanguinem usque, aculeo altè desixo, infestas. Per om̄em licet vitam ab om̄i

Hispanus  
Carthage.  
nē in In-  
diis 8 Sept.  
1654. etat.  
71. Soc. 52.

Zelus animi  
Tauperitas.

Mors.

Conf. quot.

Oratio.

B. V.  
Sancti.

Hora.

Gallus To-  
lose. 8. Sept.  
1660. stat.  
7. Soc. 54.

ni lethali noxa innocens creditus, tam  
en manantibus vbertim lachrymis  
confitebatur quotidie. Sensus singulos  
religiosos quadam seueri spiritus velut  
tyrannide premebat, etiam in iis quæ li-  
cent. Oraturus se coronâ spineâ co-  
ronabat, & funem collo circumdabat,  
ad singula diuini officij verba impen-  
sè attenus. Multos ab heresi, ab ido-  
lis plures ad fidem adiunxit. Multa  
ex vero prædictis dæmones fugauit.  
Mortuus quidam suum olim socium  
monuit, ut à P. Clauero B. V. rosarium  
peteret, ac illud pro se recitaret. Dei-  
paræ ope mira prædictis, atque impe-  
travit. Illi, & dilectis è cælo vniuerso  
24. Sanctis particulatim singulas ho-  
ras (velut clientes atque ancillas) de-  
dicauit. Horologio auditio *Salve Regi-  
na* Deiparae Virginis recitabat. Plura  
longè vide in Annis Noui Regni  
1654. Pragæ impressis.

### P. A N T O N I U S S A V I G N A C V S.

**S**odalitia Parthenia per ipsos annos  
14. ita administravit, ut vnde cun-  
que abiret, magnum sui desiderium v-  
bique relinquere, ac vbi que audi-  
cum, admiratione & voluptate, etiam  
à delicatissimis auribus, in iis quas ad  
sodales habebat allocutionibus audi-  
retur. Etiam cum Provinciæ præcesset,  
nostrorum animos religiosè delecta-  
bat suauissimus ad virtutem hortator.  
Ante annos ferè tricenos, brachia pa-

ralysi omnia remedia superante, dis-  
soluta gestabat è collo. Eorum usum  
in omnem vitam facilem, & commo-  
dum recepit, voto Loyolam nuncupato  
ad ædem S. P. Ignatii. Enitebat in S. T. Ign.

viro hoc perspicientia quædam diuin-  
arum rerum, & constans exercitatio  
ac usus prudens præsentia Dei præ o-  
culis mentis assiduè retinendæ. Solida  
hilaris patientia laus magnum habuit  
spacium exemplorum in tot eius mor-  
bis quorum vel catalogum referre  
longum sit. Ægerimè ferebat quic-  
quid luxari laxarique in religiosa dis-  
ciplina videret. De magnâ religiosis e-  
ius animi erga Crucifixum, & Deipara-  
ram propensione, sic habent literæ de  
illo prescriptæ: Christi è cruce pen-  
dantis signum tenebat manibus sem-  
per. Accensa erga Deiparam Virginem  
pietas, & in eius miseratione fiducia;  
ob quam cum pridie obitus, audisset  
ab uno è Patribus domesticis, speran-  
dum illi à benignissima Virgine, cui  
semper fuisset addictus, fore, ut quo  
illa die nata esset in terris, eius fauore  
ac patrocinio, ipse nasceretur in cælo;  
exultauit animo, sublatisque in cælum  
oculis manibusque, lætam spem tanti  
beneficij præseruit.

Ad mortem sese impensis accin-  
gebat à quinto mense, nempe postea-  
quam Patrem Abadie morientem in-  
terrogauit, num ei citum è vita exitum  
imperaturus à Deo foret, ac ille re-  
pondit: Intra sex menses, mi Pater.  
Nec effluxere sex menses, cum P. An-  
tonius secutus est morientem.

### IX. DIE